

sivâ ratione, vel planè non, vel non ita facilè ad perfectos  
 Syllogismos possunt revocari. 2. Utiles sunt πρὸς τὸ ἐπισο-  
 μίζειν τὰς ἀνίλεγοντας, sive ad os iis obturandum & frenan-  
 dum, qui veritati alicujus θέσεως vel etiam conclusionis  
 Syllogismò illatæ pertinaciter sese opponunt. 3. Conducunt  
 quoque Syllogismi ad impossibile ducentes ad veritatem  
 principiorum manifestam faciendam & in apricum produ-  
 cendam, quæ cum sint immediata, à priori demonstrari neque-  
 unt, aut saltem in illa scientia ac disciplina ostensivè & à  
 priori demonstrari nequeunt, in qua sunt principia. Negotio  
 igitur isti deductiones adversarium ad incommodum aman-  
 dantes, quin imo pro re nata ad veritatem primorum principio-  
 rum manifestandâ demonstrationes πρὸς τὸν δὲ adhibendæ sunt,  
 præsertim quando in gratiâ pertinacis adversarii horû principio-  
 rû manifestationē suscipere cogimur. 4. Utimur hòc probandi  
 modò, cum præmissæ conclusionem δεικτικῶς probantes  
 sunt ignotæ, aut saltem ei sunt ignotæ, quòcum dispu-  
 tamus. *Hòc modò probandi utimur, inquit Zacharias Vr-  
 sinus in Il. Prior. Anal. cap. VI. p. 154. cum præmissæ syllogi-  
 smi directè sive ostensivè probantes conclusionem sunt ignotæ, aut  
 saltem ignotiores, quàm conclusio, sive disputanti, sive iis, quòcum  
 disputatur. Tum enim plerumque ad absurda, quæ ex contra-  
 dictoria conclusionis sequuntur, confugimus atque ex illis verita-  
 tem conclusionis proposita ostendimus. Vid. Neldelius Institut.  
 de Usu Organ. Aristotel. part. III. cap. II. §. 46. 47. At-  
 que hæc cum de Syllogismis ἐξ ὑποθέσεως in genere, tum  
 de Syllogismis διὰ τὴν ἀδυναμίαν in specie pro instituti ra-  
 tione sufficient; reliquas Syllogismorum ἐξ ὑποθέσεως  
 species: Syllogismum nempe κατὰ μέγληψιν, nec non illum,  
 qui est κατὰ ποιότητα, alii occasione reservamus.*

Μόνω τῷ ἀκρίβω καὶ ἀλέπτω εἰς αἰῶνα  
 τιμὴ καὶ δόξα.